





xxxix.
PERSEUS ARISTOTELICUS,

Hoc est:
Lubentis Mnemosynes, & tripudiantium Mu-
farum anniversaria Hilaræa

23
Cl 201.

Cum caso ac profligato Barbaria inficet a manipulo,
Quà doctrinam, quâ mores ornatissimis, atque
politissimis Viris-Juvenibus, N^o. XXX. unanimi, & legitimo

inclutæ Facultatis Philosophicæ suffragio, summus in Philosophiâ
gradus, atque insignia MAGISTERIALIA, unâ
cum usitatis privilegiis,

D. XXIX. Januarij, publicè conferrentur,

In florentissimâ Academiâ Lipsiensi,

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,

Serenissimo & Potentissimo Principe, ac Domino,

Dn. JACOBO,

In Livoniâ, Curlandiæ, & Sem-Galliæ Duce, &c.

PRORECTORE MAGNIFICO,

Viro Amplissimo & Consulissimo,

Dn. SIGISMUNDO Sincelthaus/Philos. & J.U.D. Prof. Publ.

Elect. Consist. Lipsi. & Facult. Jctorum Adfessore, Academiæ Xviro, &

Collegi Principum Minoris Collegiato, &c.

PRO CANCELLARIO EXIMIO,

Viro Excellentissimo & Praclarissimo,

Dn. PHILIPPO MULLERO, Med. Licent. Mathem. Prof. Publ.

Alumn. Elect. Præceptore; Academiæ itidem Xviro, & Majoris Princip.

Collegi Collegiato, &c.

DECANO SPECTABILI,

Viro Clarissimo & præstantissimo,

Dn. M. JOANNE HARTRANFTIO, Laudatis. Facult.

Philos. Adfessore & Colleg. minor. Princ. Collegiato, &c.

ἐὺφρονας χάρις

Carmine panegyrico dicta, & celebrata,

à

M. GODEFREDO CUNDISIO, Radebergâ-Misnico,

SS. Theolog. Stud. & Alumn. Elect.

Anno æræ Christiane cIo Io c XXIV.

Exscripta typis à JOHANNE GLÜCKIO

Handwritten mark or signature at the top center of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page, covering most of the page area.





Hergo facta novis accedunt
gaudia fastis
Mœonidum, lætoque micat Sol
aureus ortu,
Illuxitq; dies iterum, quâ limen
Honoris

Panditur, & claros juvat instaurare triumphos,
Barbaricæ dum secta ferens jam colla Medusæ
Serta Magisterij pubes ter dena meretur.
Exultent Sophici proceres, videatq; juvenus,
Quàm rectè justo responsent præmia facto!
Hinc Libanothræos jactantius explicet ingens
Lipsis agros, plusq; ante alias Phœbeius ædes
Porticus emineat, superumq; exæquet olympum!
Integret plausum quivis! procul atra recedas
Invidia, atq; aliò truculentum dirige virus.
Ipse parens ævi palmas hinc inde supinas
Elevat in cœlum, & gemino sic ore profatur
Janus: have! mundi rector, qui secula mecum
Condis agens cursum, talem te cernere semper
Mense meo Philuræa cupit: da munera nobis
Continua, has etiam pulcherrima frunde perenni
Ambiat exedras Daphne, quam nemo refigat,
Marcida stridentes quæ nec moriatur ad Austros,
Cur querere hic? quod grande tuum desideret or-

Lumen, & amissum dilecti principis astrum, (bis

A 2

Quo

Quo prius ætherios duplicare valentior ignes
Tu poteras: voti modò contrahe vela, sat esto,
Satq; superq;, inquã, pleno jam lumine Athenas
Irradiare Ducem nostrum rutã-ense potentem.
Sic ait, ac notis rursus se postibus abdit.
Tunc omnes patuere aditus, tunc fausta dederunt
Signa poli, & lepidum sonuerunt carmen olores.
Hos sequar, ut jubeor, quamvis dulcedine cantus
Illis, & numero fatear me sponte minorem.
Huc, FINCKELTHUSI, dignè cui Lipsica Pallas
Magnificos tribuit fasces, trabeamq; sequestrem,
Astrææ vindex, atq; unice pyramis æqui,
Quæsi gracilem Zephyrum propelle favoris.
Nec non Saxonici, PROCANCELLARIE, Divi,
Stellantes adverte oculos, vultumq; benignum,
O MÜLLERE/Stator qui tanquam Juppiter adstas,
Uranix cœlis revocans cum laude Mathesin,
Lapsantisq; gravem potis es prohibere ruinam.
Atq; HARTRANFTE, sophon quem provida cura

DECANUM

Elegit, veteri nihilum cessure Stagix,
Indulgeto mihi promissum fautor amorem.
Quin & quadrifidi censores, magne FRIDRICHE,
Historix prisce monumentum, & BAVARE, vates;
SCHNEIDERE, ac SCHUMANNE Dices duo cor-
cula: ceptis
Adspirate meis: ita vestrum curro per æquor.

ERNE

ERNESTUS Kolbe / MUTINENSIS.

Rimus ades KOLBE, cui nostras Lipsia summo
 Velat odorata crines anademate laurus:
 Que dicenda venit mihi nunc gratante Camœnâ.
 Non frustra Herculeæ gestas insignia clava,
 Quam fecisse tuæ virtuti haut ambigo nomen.

Scilicet Oenomaus campis cum sevit apertis
 Commissas magno stimulat clamore cohortes,
 Ut dubium sit, num cupiant adversa ferentem
 Signa cruentato turmam prosternere leto,
 Temnere seu malint fluxæ vadimonia vitæ
 Instantis famæ, laudisq; cupidine capta.
 Ille dura mari quassantes arma lacerro
 Irritant animos plagis, ast robur utring;
 Gliscit; eunt acies, & fervida prætia miscent,
 Impetitur telum telis, atq; ensibus ensis.
 Obruta præ largo livescunt pulveris haustu
 Lumina, stlopporum tonitru levis aura remugit.
 Tum forte Alcides quidam spaciosior adstans
 Exilit obnixo cornu, clavamq; trabalem
 Fortiter intorquens exosum dissipat agmen.
 Talem te novit pridem Philureus Apollo;
 Et jam digna tuis meditatur præmia factis.
 Nec tamen hac solum clavâ lactator arenam
 Intraisti, ast reliqui simul ornamenta paratus
 Accipiens cuncto rutilasti totus ab ære:
 Quippe tuum Uranie Müllera, Saisque Fridrichi
 Certarunt galeâ caput intercludere pulchrâ;
 Injecit lateri Clio MAYERIA cetrâ;
 Inde VVeberia des admovit serica tergo,
 HARTMANFTIUSq; avido colliphia præbuit ori.
 Atq; ita munitus, quâ non immanior usquam est
 Hostis barbariem potuisti adfligere terra.
 Victor ova! ulterius validam sic exere clavam,
 Höpfneras aquilas, HöPNERq; castra sequendo;
 LUPPIUS auxilium, Themis & MOSBACHIA spondent.

BERNHARDUS Schrodt/ VVIHENSIS.

Altera palma tibi cedit, BERNHARDE, sororum
 Pulle Novensilium, & Diva sapientis ocella,
 Quam non abnormi vertens largitio sensu
 Sincerum estimium, non mundi noxia pestis
 Ambitio leavia librans caelotennis alas,
 Vulgi hant ranciduli suffragia caeca, sed ipse
 Candor multiplicis doctrinae conscius, expers
 Cretati censura doli peperere merenti.
 Ut verò hac posses tandem subsistere metâ,
 Atq; Magistralem cum laude referre tiaram,
 Quâ Wittlebiadum stant hospita culmina Mustis,
 Excitum assiduâ te P O D E N S T E I N I U S. olim
 Perpoluit, finxitq; rotâ florentibus annis,
 Nec non SIGELIUS vigil omnia saxa movebat,
 Quo basin artifices cluerent posuisse decentem,
 Ambo juvare pares, ac informare parati.
 Que deerant, nostro perfecit plena Lycéo
 Cura Professorum, quos rumor apertus ad Indos
 Vectat, & Hesperia nigrantia littora Thules.
 Inprimis MÜLLERA Charis trieteride binâ
 Euclide pictas variatâ mole figuras,
 Stellarumq; vices, & docta reperta Pitisci
 Exhibuit dextrè, cui sese HARTMANETIUS acer
 Junxit, inexplicita promus condusq; Minerva.
 Cum RECKLEBENI Stimulâ, quâ perpete gaudens
 Scandisti Clarie suprema cacumina rupis.
 Verùm hæc magna quidem, at præludia nuda fuisse,
 Immò meros ego dico jocos, modò pectoris alti
 Heröos novi motus excelsa minantes.
 Nam quod suscipias longè sublimius illo
 Restat iter: mediâ volitare per ætheris arva
 Fus erit, ac dominas leges pertere Tonantis.
 Ergo repente pedes talaribus indue, virgâ
 Fatidicâ HÖPFNERUS callem designat eundam,
 Ventilas & lenem Semo GEUS AVINUS auram,

CASPAR

III.
CASPAR MICHAEL VVELSCHIUS,
LIPSIENSIS.

Ausonius quidam falso traduxit epopæa
Scommate nostrates, ac si Germanidos oræ
Indigenis positum genii melioris acumen
In digitis, taloq; foret: verum ô bone, nobis
Itale dic sodes, dic suavis ludio numquid
Longius in morem Satyri moveare Barbilli:
Seu vecors vano narres jocularia vulgo?
Si sic te moror haut morum, nec tale retundens
Commentum stomachor: sin serius hæc ais, aures
Arrige festivas nolis extantibus! unum
Do tibi VVelschiaden juvenem, qui nomine, qui re
Vos omnes poterit confundere, quotquot amœnam
Ausu Teutoniæ hac maculâ turpare fuistis:
Quin & dico palam, qui præter nominis umbras
Mirificè Italiæ vestram in compendia cogit,
Solutus habens, quæ Tybris habet, quæcunq; deinceps
Æneadum fundata manu fovet optima tellus.
Parva cano! Græcos etiam tenet iste lepores.
Et quæ clausa seris centum Iovis arca recondit,
Nactus hic est pridem; at quid humi repente Thaliam
Hæc atq; hæc, atq; illa, vel illa edissero, nondum
Gorgoneum doctus rapidè gyrare caballum,
Nec tunc aërias protendere frenas per alpes?
Quanta sit ista tamen laus, & perfectio tota
HOPNERI auspiciis occepit, amore FRIDRICHI
Crevit, honorata suscrevit agone quadrigæ,
KEILI nimirum, WINTERI, SCHANIADÆq;
Et BECKI astricomis quos fama Quiritibus addit.
O belle! Cur non oblata brabea capebat?
Immo ea jam capte, & capiet majora BOHEMI
Mox ope legiferi: faveat modò Lipsidos Atlas
FINCKELTHAUSIÆDES matris, lumenq; Themistos
MÖSTELIUS: Tu JANE parens latere! proprium
Te spectant, natus quos nunc adsumit, honores.

BAR-

BARTHOLOMÆUS Krebs/ LIPSIENSIS.

H Astenus Astronomi prætoria dicta monarchæ,
 Qui Danam radio docto claravit Huellam,
 Indubitata ratus cancri pluvialis opacum
 Credideram signum faculis constare minutis.
 At concepta retro fertur sententia, quando
 Intueor nixidam renovati sideris ignem,
 Nuper enim obliquos Helice cum verteret axes,
 Et gelidâ tellus obnupta quiesceret umbrâ
 Convenère Deæ, quarum quæ maxima Juno
 Sic orsa est: igitur spretâ gravitate sinemus
 Vincere Dædalæis homines nos artibus? ultra
 Quàm par est mites fuimus, cum flamma Promethei
 Fraudibus è superis oris direpta fuisset:
 Proh! cancri sidus (vos ipse carnitis) omni
 Luce caret, fermè & prorsus caligat, an hoc est
 Rite præesse polo? ne tantum adulescite vobis
 Dedecus! ô nostro lumen defendite regno.
 Finicrat: summo tum forte in margine PLEISSÆ,
 Quà Divæ steterant, it magno corpore Cancer,
 Lentâq; nodoso vestigia sirmate firmat.
 Obtutu herabant illæ, at præsaga futuri
 Dicit Athena: solo non cancer idoneus ille,
 Immo nec aptus aquæ, sed nostro dignus olympo est.
 Effatum hoc sequitur plausus! Dea qualibet adfert
 Multijugum Cancro munus, dat Cypriis elenchos,
 Textile opus virgo patrima, monilia Juno.
 Arridens vero Divûm pater atq; hominem Rex
 Auratam æthereâ demittit ab arce catenam,
 Atq; emendatam celsum super æthera molem
 Elevat, ut claris rutilet mage carcinus astris.
 Te volui dudum, KREBSI, quem pluribus olim
 Dotibus ornarunt PREIBISIUS, atq; FRIDRICHUS.
 Inde HARTUNGUS apex Meditrinæ, sidera poscunt
 Jamq; Magistralis cæli: sume ocyus athlon
 Splendidulam, cultæ patriæ nova lumina debes!

DAVID LOSSIUS CYCNEUS.

Cum dubii versant mortalia pectora casus,
 Quos nequit angustae crisius comprehendere quadra,
 Curritur ad sortes, quasi sortibus omnia possent
 Disquiri, aut eadem promptè metirier illis.
 At mos hic nibili: cur quæso incerta per æquè

Incerta explorem? brute cur talia sorti
 Committam? ancipites quorum decidere nodos
 Rectius ingenui potis est examinis æstus,
 Aut justis verig, cenax ille ordo sophorum,
 Curam hanc imposuit cui Saxonis aula Dynaste?
 Si contra res hæc penderet planicus uno
 Sortis ab arbitrio, & legerentur sorte Magistri,
 Quid fore tunc dicam: vel enim videnda venirent
 Plasmata in adspæctum, sua quæ fortasse putarent
 Golitium, atq, Pales Mokeritzia rare propinquo
 Defendens fruges; vel si quis cantior istis
 Exiret summâ hic duntaxat fronte decorus.
 Agrestem hirsuto servaret corde Menalcam
 Quem non ejiceret furcilla, nec erapolirent.
 Semper degeneres mater sic incluta natos
 Gigneret, aut scævas detestaretur abortus.
 Longè aliam tenuit rationem, candide Lossi,
 Famigerata scholæ Cycnææ triga, Bohemus,
 Zechendorfferus, nec nor V Vinterus, in altum
 Qua nisi liceat, superumq, attingere culmen,
 Indidit illa tibi fundamiza primula sano
 Consilio, ut meritam laurum virtutibus olim
 Gestares fide non larvæ nomen amares.
 Et bene jacta cadit nunc alea; scilicet artes
 Ejus erant instat, queis cum te nostra valere
 Lipsia sensisset mox divisonibus acru
 Preibisio; Hartranffto solido, & seniore Fridricho,
 Accitus doctæ decrevit præmia fronti.
 Gaude igitur! lucem super addet sponte patronam
 Hartmannus, fiscum qui curat, ad oreæ Dresde.

JOANNES GÖSGENIUS ORTRANTIUS.

MEmnonis ut cautes orientis lumine Phœbi
 Taëta dedit letos concentus voce canorâ ;
 Sed mox Hesperio cum condidit ille fluento
 Quadrijugos defessus equos, modulamine tristi
 Percrepuit, querulo permutans gaudia lessu ;
 Sic etiam virtus radiis animatur honoræ
 Sedis, & ambrosio rutilans illustrius ore
 Infremit, ac altè claro se tollit ovatu :
 Obscuras autem si quando habitare tabernas
 Cogitur insuetis damnata recessibus ipsa
 Turbatur gemitu, speratq; gaudia differt,
 Nec veteri ulterius fulgore coruscet, & auro.
 Hoc tu perspicies, Gösgeni, semper operas
 Vitæsti latebras ; & ut in potiore Moneta
 Icona Laurigeram posses meruisse sacello,
 Docta frequentasti nunquam non otia luce
 Sub mediâ : nostri testor tria sidera cœli,
 MÛLLERUM, volucris qui pollet acumine sensus,
 Novit & in secto descripias pulvere metas,
 Quales argute finxit Nilotica Memphis,
 Preibisiumq; cui referat Physis alma theatrum
 Terrar, teretisq; poli que machina servat :
 Atq; Hartranfftiaden, quam nuno insigne Decani
 Spectatos humeros hyacinthina vestit eponis,
 Quos preceptores gratâ veneraris acerrâ.
 En verò effectum ; quod sedulitate perenni
 Efficere ard. has ! en quas tibi Lipsius Æthon
 Jam de sole suo stricturas scœnorat, illud
 Grande magisterii ut jubar advehit oscine dextro.
 Pre quo formosus non est Amathusidos orbis,
 Pre quo nec jactat croceos Aurora capillos.
 O igitur laxato fibras, & haurio Magister !
 Sic pergas patriæ decus amplificare ; favorem
 Promittunt stabilem Philuræa Greffius urbis
 Lucula, & Alcimedon Dresdensis Bezopalatii,

LUDO-

VII.
LUDOVICUS SAMUEL RECHTENBACH
Longo-Salzensis Thuringus.

R Ara nitescentis fortune numen, & artis,
Doctrinaq; vigor jam pangunt fœdera paucos
Sors optata manet: plures hinc inde vagantes
Effera Cyaneos Penierapit aura per astus,
Hoc seculi crimen! te, RECHTENBACH, beatum

Credere qui nolit, Strygiis hunc seva colubris
Alecto furiet, monstrumq; alat ille necessum est.
Quippe piâ ducens ramum de stirpe recenses
Tot, tantosq; viros junctos tibi sanguine, quorum
Nomen Olorinis dudum super aethera bigis
Claruâ evectum: quis enim genitoris amati
Suadela ignorat? cui non innotuit Hector
Christiane Patruus Troja moderamine certo
Theosophi cœtus sacras qui tractat habenas.
Edita præclaris ubi surgunt moenia peilis,
Quæ magno quondam cunas posuere Luhero.
Nec sic aversum Philureo cardine Fama
Volvit iter, nos ut fugiat spectata modesti
Andrææ virtus, camera quem publica versat
Cura, potens rebus qua Saltza minatur in astra.
Sed quorsum hæc aliena tuis intexere tento?
Ipse mihi Heroæ præbes quamplurima cere
Argumenta, quibus si dignum advertere cultum
Vellem, infiniti prodiret pægma laboris,
Densatq; graves onera æm carmine chartas.
Te nactum video; non te gravat improba egestas:
Neve aties tibi mentis hebet, quia hebescere non est
Grajum delicias imitarier ore rotundo;
Disq; putatorum solennia puncta mereri.
O jam pensatos Pfeifferi, Schefferidæq;
Schöpferi, Rhenl, & Stolzeri nosce laboras,
Ut tibi dat Sopicum Vice-Cancellarius auram
Hartranfti manibus, Recklebiq; arte paratum
Sic perstet Comitis Mansfeldiû Gratia comis.

JOANNES KREUSING BITTERFELDENSIS.

Sunt quos allectat nutantis fabula mundi,
 Cujus ad impuros jam se componere mores
 Egregium vulgo specimen virtutis habetur.
 Sic immensa rapi laxato fune sequela
 Cernitur: hinc rerum quoque discolor extat orexis.
 Ille diem cyathis conatur frangere, mentis
 Oblimans a iem, & divine particulam aure.
 Hic exotérico tortum linit unguine cinnum,
 Ac Tyrio scelerum gangrenam praelegit ostro.
 Invenias a ium, spurcis sermonibus utens
 Qui velit obscæna Baptram lassare Cotyttus.
 Adde susurronum palpos, commentaq; miris
 Constipata plicis, humani judicis urnam,
 Patronosve animos quibus inclinare laborat.
 Qui renuit choreas consueto ducere focco,
 Inspidè contra torrentem brachia tendens
 Dicitur haut quicquam propria momenta salutis
 Curare, at pinguem Corydonis olere lacernam.
 Tutius usq; manes, Kreusingi, nobile agalma
 Pieridum, & memoris Dive certissima proles!
 Nil debes dominis nascentibus in jecore agro,
 Nil crudele jugum, nil vincla tyranna vereris,
 Nec tibi Manduci, Lamie, comitesq; Cetenus.
 Quæq; latent hodie simili sub schemate monstra,
 Incussere metum, stetit imperterrita virtus,
 Et valide armicrepos prostravit cominus hostes.
 Unde suos inter nostras Philurea Camillos
 Te jam scriptum hederis ornat, lauruq; magistrâ.
 Agnoscunt primi tanta incrementa laboris
 MERKLADES, letoq; applaudens KESSIUS ore.
 Perge tuis studiis MÜLLERO utriq; probatus
 Hic HÖFFNERA sequi vexilla, regente Jehovâ.
 Quod superest peragent summi duo fulcra Synedri,
 Strauchius interpret cœli, & KÖPPELIUS ingens.

JERE-

JEREMIAS SCHÜTZIUS HALENSIS.

Quid mihi rumor iners trigami figment a Poëta
 Occentans Cephalo narras jaculabile telum
 Semper inexhausto tendisse ad seamma volatu;
 Quin adeo pulchri formam spirasse decoris
 Ut multorum oculos mirè suspenderit illud.

Affania, ac gerra! quis credat arundinis ictu
 Quolibet hamata loca designata feriri?
 Cum fortuna regat missam plerumq; sagittam,
 Si tamen interdum vero germana professis
 Nos quiddam venia damus, atq; ignoscimus equi,
 Et nonnulla manet juveniles gratia lusus,
 Cur minus hic animi meditatum promere fas sit?
 Schützius ergo ille est Cephalus, quem flore sub ipso
 Aetatis tenera tali Parnasia telo
 Enneas armavit, quod ritè poliverat arte
 Bertuchii calum, sedes ubi Porta quietas
 Ostendit, vitæ ripis contermina Sala.
 Et Fridrichiades, nec non Hartranfftius auri
 Adgressi fuerant puris obducere lamnis,
 Qua stat vincula suam tiliis Academia frontem.
 O donum lepidum! quod si, Tros caste, tulisses
 Andromaches hilum placuissent munera mæsta.
 Consequitur quodcumq; perit laudabile telum!
 Hoc subito imbelles licet exanimare Sophistas!
 Hoc Epicureæ junicis in ilia transit,
 Hoc inquam facile est metam contingere veri.
 Macte tuo, Schützi, telo, inviolabile sertum,
 Si quis dignè alius, debes jaculator apici
 Gratulor hunc genium sortis, moneoq; fidele
 Depositum ut serves potioris ad ordia casti:
 Hinc te Lipsensis non cesset amare Senatus.

GEORGIUS KALBITZ OSSITIENSIS.

Fama refert Cererem torvos frenasse Dracones,
 Triptolemoq; suas bigas misisse satori,
 Ut per inane volans homines accepta doceret
 Semina mollitis agrî supponere glebis.
 Ha! nugas inopes, vah putrida somnia vatam!
 Exclamaviffem; verum mihi Cynthius aurem
 Vellens alterius latitantia sensa monet
 Erunt induvis istis, que credo probabit,
 Qui modo non triplex gerit as in fornice cordis,
 Aut fovet Herculei lapidis sub fronte rigorem.
 Kalbitius, rubris cui bella coloribus Hebe
 Imbuit albentes malas, nuerivit amica
 Musais quem Porta favis, multum incluta scepro
 Bertuchii variâ meritorum laude celebris,
 Dicitur audaces etiam conscendere currus,
 Ac strophium Daphnes avido monstrare popello;
 Remigibusq; vehi Sophie quandoq; ferocis,
 Diva Sionie nisi mandet serva lupatam.
 Sic ille ætherii didet sacra munera verbi,
 Mopsopio melius puero, sic pressius olim
 Helvina immanes domitabit naute Dracones.
 Subscribis Phœbo genitose quaterbio patrum,
 Quos tenet apricis Acazemia Lipsica curis,
 Theologie vertex Höpffnere, Matheseos umbo
 Müllere, Hartranfti princeps auguste Sophorum.
 Et Fridriche dicitur Critici palmare senatus.
 Vos Mecœnates agite isthac jugera plenis
 Impluitote cadis, cumprimis, maxime Strauchi,
 Fœcundum facias oriatur sidus, amicis
 Quod radius patria Anistes, Cademanne, sequaris.
 Nec Steina Caris Cæsar, preclareq; Rheni
 Addere cognatos unquam dabitote favores:
 Mox erit ut gravidas ferat iste colonus aristas.

JOAN-

JOANNES OPELIUS CYCNEUS,

Dicite id Paan! & iter dicite! terq;
 Plaudite, sacras quicunq; caloribus uesti
 donia potatus aquas, & virgine lauro
 Evincti colitis nunc orgia levis Agylei.
 Causa est, Pan sophia quem Lipsia maerat honore
 Versatum ambigua per multa pericula sortis
 Opelius pompe laus atq; corona Magistra.
 Hunc fudit Cycnea, scholaeq; injevit alumnis,
 Cuius laudifluum nomen Venus illa Bohemus,
 VVinteriq; labos, & Zechendorffius auxit,
 Ex quo tot juvenes etiam prodire videmus
 Indolis egregia, ac ornatos arte polita.
 Illis omnigenis hausit primaeua Minervae
 Fundamenta trahens Clarium nectaris auram,
 Sed non sufficere hoc patrii, aut pomaria ludi
 Posse Hermer aliquem perfectum sculperet ad unguem
 Censuit: idcirco iustos mutare penates
 Cepit Athenaeo nostro, audiviq; perenni
 Müllerum studio, qui culta Mathemata tradit
 Coelestes redigens in puncta logistica motus:
 Hartranffumq; , cui tanti non parva decoris
 Portio debetur: quin & plataneta Fridrichi,
 Corvini ac Grauli decantatissima visit:
 Ne fallente meos numeros ambage relexam
 Verborum quae post sophici Dictator Olympi
 Martinus, glosse Schmidiusq; assertor Achive,
 Et Grosheningl gravitas polyhistoris inde
 Inculcaverunt, ubi candida floret Orcas.
 Namq; placibat eò charas educere M. sas.
 Tandem ô, difficilem cursum finire momento!
 Reris enim tempus Meisneri deperisse
 Flexanime suade, Baldvino sive profundo;
 Aut Höpfneriaden Mauri lavisse nigrorem?
 Iceter atq; lubens concessis utere donis!
 Ecce patrocinium praestat Lyserus avitum!

DAVID

DAVID PECK ROCHLITZENSIS.

Nescio quàm demens nonnullos *Ata flagellet?*
Ut nibili reputent planè insipienter honores,
Quales ducta, puto, causis prægnañtibus ardens
Majorum pietas nostrum transmisit ad ævum.
Nec tantum hoc ! illic decoratos insuper ore
Excipiunt sevo, & transversa tuentibus hircus:
Celsi prætereunt hinc ista scholastica Rharnnes
Nomina, & hæc aliis humili de gente relinquunt.
Quin reperire licet quos ejurare Magistrum,
Immò non assis facere omne hoc, mira libido
Præcipientes agitet, vexetq;, ut dicere vix sit
Extemplo, an totam Sophien evertere, sive
Conductis placidas tot vespillonibus artes
Imposuisse rogo cupiant, quas impete magno
Expressis lacrumis, ast vanè præfoca steret:
Auc utrum juvet hos ideo contemnere tales
Lemniscos, tacitis quò suspicionibus ortam
Eximiam possent sibi laudem acquirere, quam vix
Perceperent, ut ego, qui sum à simplici turbâ.
Sed tu mi PECKI, cui nobiliore metallo
Japetionia des candentia pectora fecit,
Hic melius, sentis neq; curas parte sinistra
Quod cornicatur sciolorum natio, nunquam
Cautior, ac quando Zintheam puppe charybdi
Declinans cadit in Scyllam, dirusq; molossis
Præda fit, in Maleæ aut curvæ vada spumæa fertur.
Nam tibi propositum fuerat non cedere clivo
Rupis Hyantææ, doctos decerpere ramos
Quam foret indultum, queis Musicus ordo superbit.
Votis eventus respondit prosperus ! ex quò
MÜLLERUS, gravatq; HARITRANETIUS aliger æstum
Prostigaverunt faucis Libethride lymphâ,
Occurserat Daphnes cum schemate præses Apollo.
Euge pari studio speculam penetrare Sionis
Liskav! freius, THOMÆq; favoribus aude.

PETRUS

PETRUS Schütz CYCNEUS.

Quamvis hinc ausim vocalem impellere Cyrrham,
 Sive cedere sacras ex monte bivertice Musas,
 Atq; Maronéo suras inferre cothurno;
 Ac licet ipse velim properare tectoria lingua
 Centenis variare modis, grandiq; profatu
 Eulogii meriti densos effundere nimbos:
 Inferior tamen est vox omnis, & omnia junctim
 Robora deficiunt, dum tu, doctissime Schützi,
 Frunde coronatus nitidâ, spoliisq; refertus
 Aeternae ingrederis victor Capiolia fame.
 Frustra me poscis versus! moletrina politrix
 Incultorum hominum Cycnêæ cognita terra,
 Non Radeberga feret vatem, qui dignius astro
 Phœbéo tua facta canens laudabile carmen
 Deducat scatebris melioribus: ô ego quantos
 Virtutum cumulos video præconis egentes!
 Verùm opere pretium est curto memorare rotatu
 Verborum longi quæ temporis orbita nexit
 Continuans amplum refluo curvamine cursum.
 Principio patrii spectata rosaria ludi
 Sectantem teneris te Zechendorffius annis
 Erudit, cui VVinterum, & Janum addo Bohemum;
 Immo & Lifthenius, nec non Illingia Siren
 Ingressere tuis juvenilia crustula labris.
 Post ad Lipsenses tendisti haut segniter hortos
 Philosophi studium consummaturus agonis.
 Inde Mathematicum Procancellarius arcum
 Ex humeris tibi suspendit, Logicasq; pharetras
 Aptavit Müllera Sais, reliquumq; Decanus
 Tradidit armorum decus adjunctante VVebero.
 Et sic instructus ferventes Marte subintrans
 Palladias acies vicisti, & florea tandem
 Serta reportasti, quæ nullum proteget avum.
 Perge! aliam saltare Rhodon VVolfrumia Peitbo
 Te jubet, Höpfneriq; altos indagare colles.

C

JOAN-

JOANNES Bössewetter CYCNEUS.

Hirrida tempestas olim contraxerat aethram
 Ventorum furis patrias turbantibus oras,
 Cum retro legimus majorum secula, gyro
 Qualia centuplici pridem complevit Eous,
 Nempe repurgati verbi mortalibus agris
 Attulerat serus tum nondum lumina vesper,
 Terra nec adertas Alemana receperat artes
 Ingeniis toto studiis languentibus orbe.
 At non Otentis resolutum semper ab hœdis
 Coelum perpetuos nebularum volvit amictus:
 Nam castigatis quandoq; Diespiter Ixite
 Nubibus aurato iungens temone veredos,
 Hinc etiam Sophien olida stribligine mersam
 Erexit, iuvit, priscoq; beavit honore
 Lucis origo Deus rabiem ponentibus Austris.
 Felices igitur, quibus hoc emunctior ævo
 Ipsa serenato ridet sapientia vultu!
 Felices immò victis quos imbribus atris
 Candida florentes admisit Chloris in hortos!
 Ex illis præsto es, juvenum flos, Jane, benigno
 Quem Charites fovère sinu, cui comita Cytheris
 Nectareum adpersit plus quinta parte liquorem.
 En! patuère tibi quoq; non ingloria tempe,
 Intendit digitum patriæ sub mœnibus altis
 Quo Zechendorff! pietas, VVintera q; Pallas,
 Nec non sollertis manus intemerata Bohemi.
 Quo te inquam traxit nutricula nostra Philippi
 Scelliferi auspiciis, quem pronus Elyster adorat.
 Tu jam rumpe moras, ac obvia carpito lauri
 Germina; suspecti non obstat nominis horror
 Præclaro titulo, quem Bössewettere, perennem
 Cordicis us voceo: sic porrò Höpfneria lampas
 Theologo reliquos perfundat lumine campos.

JOAN.

JOANNES HAMAN HIRSCHBERGA-SILESIUS.

Cum subit Elysi mentem descriptio vallis,
 Quodq; superstitio priscorum tradidit illi
 Adfuit interdum tacito letabile motu
 Cor salit, & penitis migrant mihi tristia fibris
 Curarum tormenta, licet non plebis ad instar

Omnia, qua blaterat rimarum plenus agyrtæ,
 In medium qua vel pure fert ethnicus auctor,
 Tanquam Evangelico deprompta ex codice credam:
 Sed, quod tendebam, bene-culta Silesia verè
 Tale est Elysius nemus: hæc solamine mulcet
 Phœbis equam gentem, vittas novat, alite gaudet
 Carminis innocui doctorum prodiga mater,
 Immo perennantis defendit veris honores.
 Quid verò? an non tu spectaculum sufficis unum,
 Hamanne, istarum virtutum: patria tellus
 Innumeris accincta bonis Hirschberga recepit
 Nascentem cupido gremio, dolabrisq; Rodolphi,
 Tilestiq; statim subjecit, uterq; decenter
 Ut levore tuos mores planaret amœno.
 Quo factò Breslam ventum, tersisq; vacatum est
 Clari Kürsteni didis, multa q; coruscè
 Laude Sagittari disco, quos livida fama
 Curriculo medio mors supplantavit euntes.
 Non contentus eras informatoribus istis,
 Ast animi potius cunctum exertare valorem,
 Atq; locos plures lustrare placebat: aditur
 Mox Philyre: hic gemini à Mülleri pendulus ore
 Tute Siracusii sensus illa inventa notasti,
 Et Logicum audisti quo fas sit turbine castum
 Evibrare; nec Hilscheri cortina perennis
 Cessavit resonare sacrata idiomata Ithovæ:
 Hartranfftiq; tui Collegia docta frequentans
 In septem gemino solidatus es undiq; cyclo:
 Quare nunc Sophie sis pleno jure Magister.
 Ecco lubens grator decus hoc! meliora minantur
 VVeinrichianus amor, Grossæq; faventia gentis.

GABRIEL SCHLEIFFENTAGIUS FRIBERGENSIS.

P Ande tuas, Matura, fores, & plena rosarum
 Atria, quid Phrygii thalamo defixa marito
 Utramvis nimum securè stertis in aurem?
 Tuq; adeò Sol perpetuis qui motibus ævum
 Digeris, annicntiam stata per divortia metam
 Accelerans, superos conscende jugalibus axes
 Ocyus, ac nobis lucem citò redde benignam.
 Fallor, an hoc ipsam quoq; Schleiffentagius optat,
 Ille Magistrales qui nunc maturat honores
 Cingendus viridi juvenantia tempor a lauro?
 Tantùm erat à teneris veluti de matre cadentem
 Phœbi mox tenero versasse negotia corde,
 Atq; juventutis fidos coluisse magistros!
 Schellenbergiaden dico, quem sidere fausto
 Præfatum scholice servat Friberga Palestra.
 Quellmalz Iq; simul redimitam baccare Clio,
 Quæ modò carminibus flammantem personat æthram,
 Misnensem hic porrò noster translatus ad urbem,
 Quæ se doctarum jactat sacra turba sororum,
 Confecit solitos parili conamine cursus
 Anticipans alios Clarii Mavortis alumnos:
 Quæ si Carneades putet indiga pondere veri,
 Te geminus mihi testis adstet, facundus Afrani
 Nestor Ephabei, Bechmanus, & alter ab illo
 Gasmanus Graiam callens ex asse loquelam,
 Nec non qui Criticas amat Oelschlegelius artes.
 Ex hoc Lipsiaci successit Agonia circi
 Plenior hinc volvens animo magis alta disertis
 Fridricidæ adsuevit monitis, abacoq; sagacis
 Mülleri, privam clari quibus addo brabeuta
 Hartranfti curam, & Schneideram gymnada. Magnum est
 Istius meruisse sibi cata puncta quadrigæ!
 Ast Hopfnerus amor spondet majora; potentes
 Quare impleto minas: probat id Schönbergius Heros,
 Atq; favens ultro VValdstein libera virtus.

GODE-

GODEFRIDUS MAYER LIPSIENSIS.

Fortibus, & magnis, fortes, magnosq; creari,
 Nec posse imbelles aquilam generare columbas;
 Majorum aſt genium fidos equare nepotes
 Ecquis adhuc dubitet? Clari, Godefride, parentis
 Progenies inhonora minus demonstrat aperte id
 Conspicuo ex.emplo tua constantissima virtus,
 Quam Sophie variis decoravit floribus, inde
 Jussit habere sui magmentum grande Magistri,
 Funesta siquidem stravisti Gorgonis hydras
 Cornipedemq; premens vectus super aëra magnum es.
 Nam cui Mayeridum non ivit fama per aures?
 Gens antiqua! cavis quam cantat ubiq; cicutis
 Enceladi, Caiq; soror, quam nomine maētane
 Perpetuo Musæ faciles, & cantor Apollo.
 Cui notus non est genitor? qui consule digna
 Imperii jam frena tenet Jove rectius ipso,
 Quem prisca vera coluerunt lucis inanes?
 Cui non dictus item Johannes, viva Themistos
 Effigies, quem consilii vis armat in omnes
 Eventus rerum, capitisq; pedissequa cani
 Segregat à juvenum gravis experientia zelo.
 Illi hi sunt stimuli, quibus ipse valenter adactus
 Pernix calcasti circumq; viamq; paterna
 Virtutis nitidum studiis vigilacibus ortum
 Exsuperans; hoc unanimi mecum ore celebrant
 Müllerus, quo tu meritam capis auspice laurum,
 Fridrichusq; , & Preibisius, genimenq; Decanus
 Urania, nec non verbi Bauerus aratro
 Christiadam qui corda terit, mollitq; pienter.
 Sic etenim patrio jussu, placisq; ferente
 Prebuit, alluxitq; facem tibi quilibet horum.
 Justa, urge gressus! jacta est basis: impiger eadem,
 Externosq; tholos properante superstrue palmâ
 Eunomie sacram: non te piget immò laboris!
 Nempe parens eadem, & Romani suada requirit.

CHRISTOPHORUS BULÆUS KÖTZSCHENBROD.

Hic Phœbi locus est ! hæc electissima sedes
 Musarum ! præsto stant multa Lubentia, Ritus,
 Et locus, Eurynomiq; trias, positusq; Cupido
 Corytis trepidè auscultantes carmina, quorum
 Frangens blandisono concentu sibilat aura.

O quas Bulæo cessit non ubere doctes
 Alma parens natura manu ! vix limina vite
 Infans attingerat, Diva cum Phœcidos amne
 Lotum, atq; artidocæ nutritum lacte Minervæ
 Certatim in canas volverunt, hasq; moventes
 Ista soporifero ructantur murmura lallo :
 Incipe care puer solidas ostendere vires,
 Ac membris adolesce ruis, ceu pullulat arbor !
 Ingenii vegeti promas miracula tandem,
 Et superato senes ipsos, te Misnias Afræ
 Bechmano duce, cognatig; hortatibus Hesti
 Per Latios raptabit agros, perq; Hællados arces,
 Perq; Aganippæ penetratia tinnularupis :
 Argutas possis aliquando ut pectine docto
 Sollicitare fides, auritq; secula tygres
 Elicere ex nemorum tesquis, ornosq; movere :
 Insuper emporio gaudens celsissima Lipsis
 Fruge Stagiræ tibi lectas inseret aures,
 Hinc Mülleriades pater ille Matheseos orbes
 Astrimicos, latiq; ostendet mœnia mundi,
 Hartranfftus texet septemplex ordita cura,
 Et Schneiderus, honos cathedræ moralis, apertum
 Ibit qua-Physico servantur-cunq; profundo,
 Sedulus inde boni pandet fastigia summi,
 Ex quo glauca tuos decorabit mirra capillos.
 Factum est, impletum est, quod vaticinante susurro
 Nympha cantarunt : Salve jam chare Magister !
 Stirpis Abesseræ fragmen matertera mecum
 Inquit, & Hestiades veteris mera gloria Dresdæ.
 Theologo Höpfneri nostri tu tramite porro
 Curro : patrocinium hæc Strauchi, Seufiq; merentur :

LAM.

LAMPERTUS ALARDUS CREMPENSIS-HOLSAT.

SÆva per Oenéos erravit bestia campos
 Vindictis sprete diris operata Diane,
 Cuius ab ore minax rubri fragor exiit instar
 Fulminis: arserunt inimicus flatibus alni.
 Vastantur segetes tetricæ suis impete: votum
 Agricolas ludit, fruges perimuntur in herbâ.
 Nemo recollectis audebat fortiter armis
 Intentare necem grassanti: corda tenebat
 Panicus inde timor, latuabant mœnibus omnes.
 Non tulit hoc porro juvenis Meleager honesto
 Laudis amore calens, fidos ergo ille sodales
 Adscicit, gaudetq; iam turbare: sed ipsa
 Impugnata ruit prævertens dentibus ictus.
 Tum vero valido nixus Calydonius heros
 Cuspide figit ei mentum, sterni q; latrantem.
 Talis, Alarde, mihi (dico id sine fraude) vidaris!
 Igneus est animi vigor, ingens pectore robur
 Spirat, & abiecta frontis perterritat hostes.
 Attendas quisquis demissus lumina terris
 Rarus es Aonii laudator militis! aut qui
 Litterulas nostras tractantes fœda Vacunæ
 Mancipia, & ventres absumere farræ paratos,
 Is proclamatum! vident ut sudarit Alardus
 Carceribus doctis, postquam proscribere regno
 Museo voluit lutulenti nomina monstri.
 Tu magni, Lamperte patris dignissima proles
 Huc ades, atq; novus Meleager porrige dextram
 Vidtricem: ex Claria tibi traditur a bore scrua!
 Quispe herôa decent herôum præmia factum,
 Spartam ornato tuam: porro haut venabuli ponens
 Barbaricos bellator apros pete strenuus: adjuvat
 Insidias tibi qui defendant Morsius, atque
 Segethus (rituorum amplissima biga, Fridrichus,
 Ambo Mülleri, Recklebius, atq; Decanus.
 Majorem pariet victoria subsequa laudem:

EUSTA

EUSTACHIUS MÖLLERUS LIPSIENSIS.

Qui cupit optatum studiis imponere finem,
 Nec non umbriferi conscendere florida Pindi
 Culmina, multum ille & saxis jactatur, & altis
 Vepribus, atq; infecta vovet primordia cursus.
 Ast conera quando victo quis monte quiescit,
 Ac virides lucos, fontemq; tuetur amœnum,
 Plaudit ovans omni mœroris nube remotâ,
 Increpat hinc dulces nervos, hederasq; sequaces
 Ungue metit lato spectans declivia vultus.
 Hanc aliud tibi Pegasei, Möllere, sutor
 Fluminis evenit; voluisti tu quoq; culmen
 Pierii superare jugi, non defuit unquam
 Conatus, labor, aut exactum velle, viarum
 Asperitas tamen, & longa intervalla, rubiq;
 Fecerunt, ut non (lubuit foreasse) subires
 Confestim quò te mentis cordata traherent
 Flabra, sed hoc sero fieri ne credito rectè,
 Et benè quod fieri cernis: mora saepe nocere,
 Sæpe juvare solet, non festinatio semper
 Utilis est, Quare nunc demum colle supremo
 Sisteris Ardalidum, fruerisq; perennibus undis
 Hippocrenèi labri, sylvâq; comante,
 Qua tibi suppeditat victura texta corona.
 Maturè satis ista capis: non ergo videri
 Te, jam turpis epops clamet, verum esse Magistrum!
 Scilicet hoc nostri (quorum testamine pleno
 Nitent, & inflatos jubeo plorare Sophillos)
 Doctores ajunt: Pro-Cancellarius, at quàm
 Regula judicii certa! inprimisq; Fridrichi
 Et Recklebeni consensus fallere nescit,
 Quæ tua sedulitas multis exerta probatur.
 Quod reliquum est Sine monti constanter adhære,
 Atq; audire logos Ichovæ pergito, quos tu
 Christianis populus magno cum scœnore reddas.
 Porro cognatos ita continuare favores
 Sculna pedi Eustachius Martisburgenses amabit.

LEON.

LEONHARDUS ÖLHAFE LIPSIENSIS.

Parvi animi est putrere domi, turgescere somno
 Irriguo nonâ dum linea tangitur umbrâ,
 Ac dum quisq₃ foris consueti munia pensi
 Exigit, interdumq₃ videns Hyperionis ignem
 Anticipasse operas dolet, incusatq₃ veternum:
 Obtinet Ölhafi tua sed sententia; namq₃
 Non aliquem censes mensuram nominis alti
 Rite implere, vel ad laudem adspirare cupitam,
 Ille nisi studeat multum impallescere chartis,
 Discendo totos nec tantum condere soles,
 Verum etiam satagat lychnis extendere lucem,
 Et perscrutari, veterum sapientia qualem
 Stiparit gazam, non conditionibus ullis
 Mutandam Attalicis: ergo qui sanguinis ordo
 Descendat, seu quam gauderet imagine crebrâ
 Vestra domus spectans hilum virtutibus ipsis
 Tu tibi perpetuam voluisti acquirere famam:
 Unde Fridrichiadæ in campis Grajis, Latijsq₃,
 Et RecklebenI sub papilione fidelis
 Pressasti Sophicam Divam certantibus ulnis.
 Idcirco te nunc terno dono adficit illa,
 Pileolo, anello, libro: cape munera latus
 Insimul & magnis titulis adsuesce Magistri,
 Quos (absit livor) summa cum laude mereris.
 Exhilarent isti patrem, quo nostra coruscat
 Curia, & adilis podij res integra floret.
 Plus ultra precor! inceptam interrompere telam
 Noli, at nocturnis manibus post, atq₃ diurnis
 Volve revolve iterum duplicata volumina vasti
 Juris, & insignem Comitivâ æquare deinceps
 Christophorum discas patruelem, Noridos astrum,
 Haut video quid subsidij non suppetat: adstat
 Adjuva Möstelius, culmen sublimè Themistos,
 Quin & Deurlinus cognatus, VVerneridesque
 Dicto parentem tales proritat in ausus.

D

JOAN.

JOANNES HOFER Neostad-Variscus.

Iuppiter Iliaci pueri Ganymedis amore
 Olim captus erat, roseum cui plurima vultus
 Cypris honestabat, radiabat & utraq; fronte
 Gemmula sidereas tadas imitata, nec auro
 Deterior, quamvis Arabum fluat hocce caminis
 Tum verò armigeri Saturnius alitis instar
 Magnum percutiens mendacibus aëra pennis
 Abduxit juvenem tergo, & super axe locavit
 Regalem ante thronum, pateris ubi mattya fundens
 Ille ministerium pro nutu præstat herili,
 Fabella dicta tibi visne anigmata solvam,
 Jane Medusæi spectamen grande triumphis?
 Vis certe! Iliaden tu copi dote repletus
 Ingenio ipse refers (reliquum non attinet isthic
 Dilaudare decus, peritura aut munera formæ.)
 Hoc tantum esse scio, quantum non credere quisvis
 Et velit, & possit: nempe id properanter in omnes,
 Vertere se partes valet, ut res ferre videtur.
 O Höfere tibi quod possim demere non est:
 Promptus es in linguâ triplici, seu plana solutis
 Cum fruis orsa modis, seu cum tibi suavis in artem
 Frangitur, & melicas curat facundia leges,
 Nil veris affingo bonis! Logicabilia belle
 Arma rotas, cuneos transnaturalis abyssi
 Omnes novisti: seu culta Mathematica verses
 Mülleri radio, aut Hartranffti recte prehendas,
 Nil onerat mentem sagam, sed dexter ubiq; es
 (Ut cultus plures causâ, brevitatis omittam)
 Hinc arsisse tuo non paucos constat amore!
 Hinc in philosophum rapuit te Lipsis Olympum:
 Fac nunc Theologia recte famulere, gubernet
 Inde ministerium hoc Höpfnerus Phosphorus ille
 Sionidum: sic spem potes explevisse duorum
 Lautenschlegeridum pastoris, & alterius, quem
 Exercet scholico genitalis pulvere terra.

FRID E

FRIDERICUS HESSÆUS Schvverino-Megapol.

IN triviis verax memoratur adagio passim:
 Virtutis precium fama est, sudore paratur
 Gloria: cur ergo solido non jure Magister
 Audiat Hessæus, cujus mens fixa perennem
 Experta est limam, duriq³ laboris agonas?
 Gusto viis etenim primùm informatus in oris
 Sollicite metuit præsens occasio ne qua
 Labatur, tacitoq³ annorum, & temporis actu
 Conciperet vitium tetrae tubiginis etas.
 Pertæsus patrij Laris hinc migravit ad albam,
 Qua florens varia jacet urbs Hammonia merce.
 Hic VVerenbergi gemini sub pollice vivo
 Strenuus organicas juvenis libaverat artes,
 Ut Rumpi taceam auxilio sermonis Hebræi
 Gustatas epulas ubi Laurenbergius ingens
 Lanifica terror trigeæ fax clara Medentum
 Præcipuas rerum magna dulcedine causas
 Eucleatum iret, Physicosq³ recluderet hortos.
 Nec satis ad graviora istum stimulabat Ephæbum
 Impetus ingenij, & spirabilis ardor Apertæ.
 Quippe videre Plagas alio sub sole calentes,
 Et Sophiae abstrusæ volum laxare profundo
 Decretum fuerat, petitur sic Lipsia doctis
 Undiq³ facta viris, illic bibit aure capaci
 Quicquid Fridrichiæ docuit vox enthea Suadæ,
 Et queis Preibisij ditat solertia pubem
 Nature matris latices, mulsunq³ Philippi,
 Uranie quem dia suis pridem ignibus æquat.
 Quin etiam Logicos VVebero præstite sirpos
 Dissuit ac Latæ Veneris magmenta notavit,
 Quarum non minimam visus producere partem est
 Nuper ubi regnum Græcum Ciceronidos orsis
 Lingua publicitus Charitum celebravit in æde.
 Plura vacant: sed qua sufflamine carminis arcto
 Impletum cohibet spatium, dabo cætera fratri.

CHRISTIANUS HESSÆUS Schvverino-Megap.

Fertur Olympiæ quondam spectator Acetes
 Gymnadis attonitus plaudente stetit theatro,
 Cum consanguineæ parti desponsa fuissent
 Premia grandævo non inficianda parenti,
 Quid verò hic fieret (quia non res disparis illa
 Exempli) senior si nunc Hessæus adesset,
 Ac geminæ subolis præsens lustraret honores?
 Plus, puto, celsam animam spectacula tanta ferirent,
 Quin etiam fletu pater exultaret oborto.
 • Nam laudata statim sequitur vestigia fratris
 Christianus natu minor, ast non indole cujus
 Dulce caput Daphne foliis æqualibus ambit.
 Hic natale solum sub florem impuberis ævi
 Oblitus meliore loco auscultavit hianter
 Illa Hamburgiaci notissima cymbala ludi
 Laurenbergerum, VVeberbergos, atq; fidelem
 Rumpiaden, quibus adiutantibus impiger ivit
 Per studia humanum blandè mentita decorem.
 Protinus accedens Philyren Fridrichidos omnes
 Terpsichora tripodas, Müllera oracula, magni
 Preibisijque specus ni su pernice sonoros,
 Immo & Corvini celebratas numine quercus
 Consuluit, juxta quoq; Palladis amula peplo
 Texta VVeberiadæ, quo non felicius alter
 Nunc tractat rationis opus, fluidosq; tenores
 Rhetoricæ ruspante manu rimatus abundè est.
 Scilicet hæc veri creduntur signa Magistri,
 Quem splendor veræ virtutis verus honestat,
 Si non ad varas ego verum examino lances.
 At Christiane, tuo noli decedere campo
 Donec Aristotelis longè confessa profanam
 Incudem sacris extergas cotibus arma,
 Nec non Théologum referens animosus ad usum,
 Accipias cœli diademata: suggeret ultrò
 Jheva facultatem, tibi sit modò prompta voluntas.

JOAN-

JOANNES BACHMAN Zerenfis.

Sicut aquæ torpent, quas nullo flamine verrit
 Hippotades, motus neq; convenientior ullus
 Increpat, æst jussit longum usurpare quietem
 Najas horrenti vultum circumdata musco:
 Ingenuæ languent etiam sub pectore venæ,
 Expiratq; vigor mentis, cum segnius arte
 Nec non Philosopho contentis orbe vacatur.
 Ipsemet hoc noras lepida Bachmanne medullæ
 Pasithea nostri quinquertio mascule campi,
 Namq; recordor adhuc quantis conatibus olim
 Ibas captatum juvenantis mella palati,
 Albidos ad ripam Dresdæ vicina ducali
 Nympha pyris ornata caput qua surgit, & una
 Fidus Janitius meritas cui solvere grates
 Haut possem, si me viridi Sebethus ab antro
 Respiceret, mihi seu vatam induperator Apollo
 Blandisonum donaret ebur, lauroq; recentes
 Pro cultu loqueretur idem: sed talibus oris
 Non hasere tui motus expertia rivi
 Grimmenses etenim quoq; largo flumine valles
 Humectaverunt, Erato ceu Merckia præfens
 Adfirmat, velleq; simul testarier istud
 Timplerus, sneret modo fatum (heu! flebile fatum!)
 Post in Lipsiacos fluxisti latior agros
 Ac Mülleriadæ, atq; Hartranfftii summa docentum
 Sidera, quo liquidum describant sidera cursu
 Quin & Fridrichi linguam polientis utramq;
 Quæ Grajium fari gens Romaniq; solebant
 Museos hausisti amnes audace canali,
 Ut jam dicaris collectum ex omnibus vndis
 Esse fretum. Sophiæ dum sis mi Jane Magister
 Continua motus vult continuare favorem
 Hermes Justitiæ Mayerus: amabit & inde
 Rivum hunc Pirrensis Vogelius alpha senatus.

JOANNES VVOLFIIUS Schlaccovvald-Bohemus!

TU quoq; Pegaseo contendis ad astra volatu
 VVolfiade Ctzschechicis in montibus edite, dirum
 Cujus ego nomen dum volvo ac pondero mecum,
 Ecce Lycaoniam feritatem ruminor illam
 Quam representat Peligni pagina vatis.

Territus aspectu hinc subito detrecto supinum
 Barbiton, & solita valedicere gestio Muse,
 Nam sequitur, cades, & ovilia sanguine fuscas
 Prædator lupus ac nil quàm crudelia versat,
 Sed bene habet: doctis quidni oblectere rapinis
 Quos voco (sit verbo pax atq; licentia:) nempe
 Per Latias grassatus opes, Trojanaq; pridem
 Pergama eras, crates invadere ut incipiebas
 Lipsiacas, isthic porro quæcumq; Fridrichi
 Celarat fundus, Müllerique astra scientis,
 Atq; Hartranffriadæ spectata novalia magni
 Servabant avidus rapuisti: ast omnia (mirum hoc)
 Impune, ac mage, quod stupeat quis premia facta
 Decernunt patres Academi: cerno proinde
 Quid nomen ferat hoc; violentia nulla timeri
 Debet, mansuetus celebraris ubiq; Dearum
 Certum es delictum, ô flos illibate Juventa,
 Quem Venus Italij succo liquaminis unxit,
 Et quem terna Charis manibus terit usq; tenellis.
 O gaude abjiciens curam cordisq; malignas
 Excubias! faustumq; diem signato lapillo
 Candidulo, mecum cuncti pæana sonantes
 Ingeminent, leviore tono quæ præcino vota:
 Serta Magisterij profint! cumuletur honore
 Semper honor novus, atq; augmento increscat opimo!
 Dextra tuas porro laudes fortuna sequatur,
 Omniparo famam vestiget copia cornu,
 Atq; bonum quodvis pleno tibi fonte perennet,
 Cumprimis verò Eusebia te flamma superstes
 Usq; urat, vegetetq;: ita posthac sacra Jehova
 Succedent melius consultius expedienter.

THOZ

THOMAS SECURIUS Rochefanâ-Bohemus.

Non equidem cupio veteri proferre catino
 Fucata tragema nota, crambemq; recoctam,
 Evitaturus quod possit carpere livor,
 Seu gustum vitiet, vel radat guttura Tarpæ:
 Attamen hic agere mihi tempero, doctè Securi,

Quando Lucinam Jovialis cernere partus
 Auxiliatricem datur, & modò nata virago
 Ostentat sese docilem, ferrumq; coruscant,
 Ipsamet obstetrix Jovis es celebrata Poëtis,
 Divisum est sanctum quoq; te cadente cerebrum;
 Quin & maturos tetigisti rite labores,
 Palladiumq; dehinc duxisti numen in auras,
 Haut sanè cuivis contingunt ista, nec omni
 Di superi credunt arcana negotia, quanquam
 Accidit hocce tibi, vix laudem hanc auferet alter.
 Ha! quorsum ludo? cur istud inutile tantum
 Fingendi cacoethes amo? qui vera jocosis,
 Seria bullatis nugis postpono? Magister
 Ergò crearis, & adfectas nova nomina fama,
 Puniceam ut sumis mitram, anellumq; librumq;
 Non frustra tibi concessum hoc: nam Lipsia prudens,
 Et Sophus ordo facit nil frustra; neve Magistri
 Splendidulum nomen venit prensantibus are,
 Institor endo foro veluti venalia ponit
 Castoreum, stuppas, hebenum, tus, lubrica coâ:
 Ilicet omnigena meruisti Pallade sertam,
 Atq; gradum talem, toto plaudente Lycéo:
 Müllerus promptum Procancellarius addit
 Calculum, & Hartranffti vox illa vicaria puncto
 Ipsum id legitimo corroborat, immò Fridrichus,
 Et Schneideriades ausum censendo probarunt,
 Hoc sit Genselij sudasse in pulvere docti!
 Perge Jovis cerebrum terebrare, aliamq; ciere
 Divam, ac Theologam vibrare memento securim.
 Haut negat Evergeta operam Künelius ullam.

DAVID

D A V I D A U E R B A C H Schenckenbergensis.

O H! ubi sum? quo me vehis (ehem) Pegase! quenam
 Iac regio? quantusve nitor mea lumina stringit?
 Forsitan hic Hermi lacus est, quo Lydius intrat
 Bacchus, & aureolo reficit sua cornua limo?
 Sic sanè: fulvis radiatur totus arenis

Alveus, ac terras convestit luce recenti :
 Sed non usq₃ adeò peregrinas venimus oras!
 Ipsa lacus tales vel Schenckenberga ministrat,
 Immò etiam nostros crebro exonerantur in amnes :
 Nimirum temere hoc, quod habes cultissime David,
 Acceptasse tuos atavos ego credere nolim,
 Nomen inest credas interdum vocibus istis
 Omen; & eventu se pandunt symbola rerum.
 Ipse igitur merito perhiberis ditior Hermus
 Illo, & Pactoli stagnum superare micantis.
 Quanquam autem proprij sat erat retinere metalli
 Eminulas, tamen haut patri qui fulgida sacros
 Flumina per tubulos ovium transfundit ad ora,
 Quæ Christum, reverenter amant ac pone sequuntur,
 Munificâ cinctum qua surgit Oreade templum.
 Nec tibi displicuit, quo Lipstas inde natari
 Unda queat : quare Müllerus reddidit aurum
 Rite Mathematicum, bifida gemmantia lingua
 Fridrichus decora infudit : post mysticus Hartranfft
 Natura genius florentes arte pyropos
 Indidit omnigenâ: reliquis cum lymfa geletur
 Nunc fluvij etiam peplo æternante fluenta
 Philosophæ Divæ tegit (en!) Academia plaudens
 Aut (plane dicam) clamaris voce Decani
 Ecce Magister, & exacti fers præmia cursus,
 Prosit honor novus! hanc donorum haut fingito metam:
 Latius ast manans obryzum congere porro
 Theologum: patria terra Miltitzius heres,
 Nec non Passiades tentantem cuncta; nyabunt,

VILHELMUS LIPPOLD LANGENFELD. Francus.

SEpè mihi ancipitem torfit sententia mentem
 Quando Laris patrii latitarem pufio tectis,
 Cuiam esset genus, aut quæ res demum iste Magister,
 Non raro ad partes multus quem ta. a vocabat:
 Unde & opinabar tales hoc inagitandos
 Nomine tres alios homines, qui abdomine crasso
 Equarent: quanquam verò hæc phantasmata pridem
 Explosi, risiq;, tamen si expendo Magistri
 Rectius immensum decus, haut perit Idea prorsus
 A puero concepta, caret neq; schemate veri:
 Nempe Magisterii gravis est persona, gravis sit
 Hanc qui sustineat, gerat & cum laude nec esse est:
 Immò cui non hæc gravis & permagna videtur,
 Cecior is Thamyra est, facinusq; in pectore versat.
 Nam quæ non Sophicus doctor completitur in se?
 Scire auro: parvum dicamne Mathemata corpus!
 Parvam, inquam, Physicæ quis molem somniat: illa
 Calorum facies, ac terram continet amplam!
 Quis parvum reputet, quod disciplina reservat
 Practica? quis Logicæ tenui sacraria finget
 Iuncturâ? transnaturalem quis velit inde
 Regiam angustis caveis includere vecors?
 Ut porro linguarum armamentaria mittam,
 Quæ cerebrum semper debent munire Magistri,
 Quid tibi nunc animi est? grandem hanc Lippolde, vereris
 Personam, quæ vix molem propriam capit ipsa?
 Non reor! haut fumos vendit Schleusinga, Jegerus,
 Gotvaldus, & Sorgerus, clarusq; Seberus
 Confirmant aliud: quorum hunc solidavit in usum
 Te juvenem quondam informatio de. tra: Magistri
 Quin etiam ut dignè personam adsciscere posses,
 Müllerus, nec non Hartranftus, Fridricidesq;, &
 Corvina Egyptæ tibi porrexere favissas
 Pansophicæ: & nequeas fieri nunc iure Magister?

E

PAU.

PAULUS DOLSCIUS REICHENBACHIO-Variscus.

Exremo succede lyco, nec plebis inepta
 Jud'cium attendas, Charitum decor, optime Dolsci:
 Unicus hic honor est, doctrina requiritur una:
 Sed variant solum loca, non tamen ultimus iste.

Non antegressus, nec ei confinis habetur
 Suspectus, neq; consuevit redolere suillum
 Quidam; venari quod obese naris opellâ
 Hanc licium: gignunt primæ discrimina baccæ
 Intervalla isthæc, alias qui stare videris
 Hic post principium facile agmen ducere posses:
 Nam tibi par reliquis industria, par, eademq;
 Contigit ingenii laus, ac symphonia morum.
 Gerens siquidem, & patruo curantibus artis
 Alboræ hausisti fundamenta protinus urbem,
 Intrans, cui nomen tilieta dedere venustum,
 Que Mülleriades Procancellarius ore
 Tradidit ambrosio, charitâq; & coras notasti,
 Ubi nunc Euclidæ notis quantum adjuvet oculos
 Cicerius Astronomos, queq; hinc symmetria mundo
 Insu utriq;, dehinc Hartranfti perfica quales
 Philosophi assidue metas monstravit agonis:
 Hinc alacri studio narras, quid pabula venio
 Prebeat, immensus quo vivat gurgite Pontus,
 Quid canente nivem constipet in aëre Cirro:
 Que via precipitet solem, queve inferat atram
 Noctem: que fulmen vis pellat, & unde Cometa
 Portentum coeat celsi super ætheris axem.
 Fortunatam animam: cui fas rimarier ista
 Naturæ secreta! immò te dia Poësis
 Dicit, Romuleaq; undans opulencia lingua.
 I gens idcirco referant tibi limen honoris
 Muse, & sublimis ponunt anabaihra cathedra.
 Höpfneri hoc planè ad genium! jam Gratulor illud
 Nude Dolscidas laudato dulciter ipse:
 Vestræ meos quoniam lassant encomia currus.

TERMI-



TERMINALIA.

STat calamus! nostri decurrimus æquora tandem
Carminis; optato nunc fine quiescere mens est:
Quare votivæ nos prompti advolvimur aræ
Orantes; summi nativa parentis imago,
Jesu, fons vitæ melioris, & arrha salutis,
Da semper medios habitet pax aurea muros,
Fac Othomannigenæ rabies væsana Megaræ
Cedat, & ut Lunas avis illa birostris obumbret.
Religio perftet fucis obnoxia nullis.
Saxonica vireat decus indelebile rutæ;
Enfigero inde Duci Cumææ secula vatis
Largire, ac vegetas vires; Academica porro
Membrare gas, pater, atq; tegas: sic ipsa deinceps
Terq; , quaterq; dabunt florentes arte Magistros,
Qui tibi perpetuò labiorum holocausta refundant.

F I N I S.

Cl 1926

ULB Halle 3
001 556 118




Stk. 6 = Handschrift

Sb.

Paul Friedrich
Buchbindermeister
Merseburg a. S.

VDA 7





liebt
mbf
ndn
tban
t erf
end
der J
ich lo

H



B.I.G.

Farbkarte #13

29
Cl 201.

1791
PERSEUS ARISTOTELICUS,
Hoc est:
Lubentis Mnemosynes, & tripudiantium Mu-
farum anniversaria Hilaréa
Cum caso ac profligato Barbaria inficet & manipulo,
Quà doctrinam, quã mores ornatissimis, atque
politissimis Viris-Juvenibus, N^o. XXX. unanimi, & legitimo
inclutæ Facultatis Philosophicæ suffragio, summus in Philosophiã
gradus, atque insignia MAGISTERIALIA, unã
cum usitatis privilegiis,
D. XXIX. Januarij, publicè conferrentur,
In florentissimã Academiã Lipsiensi,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
Serenissmo & Potentissmo Principe, ac Domino,
Dn. JACOBO,
In Livoniã, Curlandiæ, & Sem-Galliæ Duce, &c.
PRORECTORE MAGNIFICO,
Viro Amplissimo & Consulissimo,
Dn. SIGISMUNDO Sincelthaus/Philos. & J.U.D. Prof. Publ.
Elect. Consist. Lips. & Facult. Jctorum Adessore, Academiæ Xviro, &
Collegi Principum Minoris Collegiato, &c.
PRO CANCELLARIO EXIMIO,
Viro Excellentissimo & Praclarissimo,
Dn. PHILIPPO MULLERO, Med. Licent. Mathem. Prof. Publ.
Alumn. Elect. Præceptore; Academiæ itidem Xviro, & Majoris Princip.
Collegi Collegiato, &c.
DECANO SPECTABILI,
Viro Clarissimo & præstantissimo,
Dn. M. JOANNE HARTRANFTIO, Laudatis. Facult.
Philos. Adessore & Colleg. minor. Princ. Collegiato, &c.
ἐὺφρονας χάριν
Carmine panegyrico dicta, & celebrata.
à
M. GODEFREDO CUNDISIO, Radebergã-Misnico,
SS. Theolog. Stud. & Alumn. Elect.
Anno æræ Christiane c1o 1o c XXIV.
Exscripta typis à JOHANNE GLÜCKI